

iudex Loisius de Angelis

*41*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Loisius de Angelis

*41*

1474-10-13

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.  
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo  
septuagesimo quarto. Regnante... Ferdinando Dei gratia  
Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius  
anno decimoseptimo,... mense Octobris, die tertidecimo  
eiusdem, octave indictionis, Matera.

Nos Luigi Thomasio de Angelis de dicta civitate,...  
ad contractus per provinciam Terre Ydronti tantum  
reginali auctoritate iudex, Falcianti de Caldaronis de  
Gravina, puplicus ubilibet per totum dictum regnum  
Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dompnus  
Antonio notarii Stefano de Milionico, Nicola Gorrisio,  
Gabriele Donati notarii Eustasii, Geronimo de la  
Forcia, Nicola Francesco de Iacobello, Puzzolo Iacobi  
de Puczulo et Angelo Bardarius, testes... de affata  
civitate,... notum facimus... quod... constitutis notario  
Eustasio Donati de Leone et magistro Luigi de  
Sinerchya, de affata civitate,... epitropis, distributoribus  
et executoribus... testamenti quondam magistri Agostino  
de Sinerchya de eadem civitate... et... Tommasio de  
Pesco de Lavello, cive et habitatore... Matera,... prefati...  
notarius Eustasius et magister Loisius... asseruerunt...  
quod cum dictus magister Agostinus... esset in ultimis  
sue vite constitutus,... sibi... nuncupativum... condidit  
testamentum faciens... plura et diversa legata... et  
unicuique ipsorum tribuit... potestatem vendendi...  
tantum de bonis ipsius... quantum sufficiat ad  
integrum satisfactionem dictorum legatorum et certorum  
debitorum ad que ipse magister Augustinus tenebatur...  
Et volentes ipsi notarius Eustasius et magister  
Loisius... voluntatem dicti quondam magistri Agostini...  
debite exequutioni mandare et non habentes modum...

satisfaciendi legata... et dicta debita... nisi vendidissent aliqua bona stabilia ipsius,... visum fuit eis... vendere... // foveam unam factam ad opus retinendi frumentum,... cum giro circum ipsam ac cum potestate onerandi et exonerandi intus in platea puplica rerum venialium dicte civitatis Matera, iuxta plateam apotegarum mense archiepiscopalis Matherane et capituli ipsius maioris ecclesie Matherane, iuxta plateam domorum heredum quondam Donato notarii Eustasii, iuxta dictam plateam puplicam... sub annuo censu sive redditu tarenii unius... debendi... mense archiepiscopali Matherane. Et factis debitis subastationibus seu bagnis,... ad sonum tube et vocem preconis, in dicta platea puplica diversis vicibus et diebus et in aliis locis ad id solytis et deputatis, prout de iure fieri debet et consuevit, ut si quis vellet dictam foveam... emere, comparere deberet coram ipsis epitropis... cum oblatione pecunie, quam pro emptione dicte fovee... dare voluerit; quia parati erant... vendere... dictam foveam... plus offerenti... in quarum emissionem subastationum et bagriorum, nullus comparuit pro ea aliquid polliciturus, nisi prenomatus Thomasius de Pesco... qui obtulit... uncias tres... Qua propter prefati notarius Eustasius et magister Loisius... vendiderunt... prefato Thomasio de Pesco... prefatam foveam... pro... pretio unciarum trium...

† Ego Luigi Thomasii Nicolai de Angelis, reginalis qui supra ad contractus iudex predicta fateor et me subscripsi † Ego Nicola Gorrisio qui supra testis me subscripsi † Ego donnus Antonio notarii Stefani qui supra testis testor † Ego Nicola Francesco de Ciccarello qui supra testis me subscripsy † Ego Gabriel Donati notarii Eustasii qui supra testis testor † Ego Geronimo

de Forcia qui supra testis me subscripsi † Signum  
crucis proprie manus Puczuli Iacobi de Puczulo qui  
supra testis scribere nescientis † Signum crucis proprie  
manus magistri Angeli Bardarii qui supra testis scribere  
nescientis